Quelle:
Copyright:

2.

Triplex orationis dominicae expositio. S. Bonaventurae. 6a–35a

Triplex orationis dominicae expositio. Prima ceteris prolixior incipit: "Pater noster &c: hunc oracioni dominice beatus gregorius premittit prefacionem". Eiusdem initii est illa quae in Cod: CCIX. Jordano de Saxonia adscripsi. Sed penitior codicis inspectio dubium me reddidit. Dicit namque author finita petitione septima: "De hac materia plenius habetur in tractatu quem edidi de arbore virtutum capitulo 2do". Jam arborem de virtutibus S. Bonaventurae adjudicat Jered. Cavalesius in Prodromo L. 8. par. 4. C. Z. 913. col. 742. inter opera inedita; unde non immerito conjecturari liceret, eundem quoque authorem esse praesentis comentarii.

Hugonis de S. Victore.

Secunda incipit: "Pater noster &c; inter omnia que fragilitas humana facere potest". Extat haec inter opp. Hugonis de S. Victore Mogunt. 1617. T. I. pag. 217. ubi caput II est libri II Allegoriarum in Mathaeum.

Tertia demum incipit: "Pater noster &c: q: d: o. pater misericordiarum et deus totius consolacionis. Huic additur breviis commentarius in salutationem angelicam.

3

Ernesti I. Archiepis. Pragensis Statuta provincialia. 35b–53a

Ernesti I. Archiepiscopi Pragensis Statuta provincialia. Incipiunt: "In nomine &c: Rex magnificus, qui facit mirabilia magna solus". Jam dictum est de iis in Cod: CCV. n: 4. Illud autem addo, in praesenti scriptum Thomae de Hybernia de tribus punctis